tem et simplicitatem te magis inte-
arbitrabar quam uecordiam,
Nec reprehendo eum uirum; in alium
apud me dissimulare quod nouerat
quam portitorem clientulum in suis
litteris accusare; sed me met ip
sum arguo quia alterius potius ad
quieui quam meo iudicio et oculis
aliud cernentibus aliud scedulae
credidi quam uidebam; Quam obrem
desine me lacessere et uoluminibus
tuis obruere Parce saltem num
mis tuis quibus notarios librarios
que conducens et eisdem et scriptoribus
uteris et fautoribus qui te ideo for
sitan laudant ut lucrum scribendo
faciant si libet exercere ingenium
trade te grammaticis atque rhetho
ribus disce dialecticam sectare instru
ere philosophorum Ut cum omnia di
diceris saltem tunc tacere incipias;
Quamquam stultum faciam magistro
cunctorum magistros quaerere
et ei modum inponere qui loqui nescit
et tacere non potest; Uerum est illud
apud graecos prouerbium Asino lyra
superflue canit Ego reor et nomen tibi
inpositum Nam tota mente dormitas
et profundissimo immo tam somno stertis
quam laetargo. Inter ceteras quippe
blasphemias quas ore sacrilego
protulisti ausus es dicere montem
de quo abscisus est in danihele lapis

sine manibus esse diabulum et lapidem
christum Qui quia adsumpsit corpus
ex adam quod diabulo ante per uitia
cohaeserat natum esse de uirgine
ut a monte hoc est diabulo hominem se
pararet O praecidendam linguam
ac per partes et frusta lacerandam
Quisquam ne christianus deum patrem omni
potentem in persona diabuli interpretatur
et tanto piaculo totius orbis aures
maculat? Si interpretationem tuam quisquam
non dicam catholicorum sed hereticorum
siue gentilium recipit pium sit quod loquutus es;
Sin autem tantum nefas numquam christi audiuit
ecclesia et per tuum primum os ipse re
montem interpretatus est qui dixerat.
Ero similis altissimo! Age poeniten
tiam et in sacco uersare et cinere
et tantum scelus iugibus absterge la
crimis si tamen uel dimittitur haec impie
tas et iuxta errorem origenis tunc
uenia est sequeris quando consequu
tus fuerit et diabolus qui numquam plus
quam per os tuum deprehenditur blasphe
masse; Meam iniuriam patienter
tuli impietatem contra deum ferre non
potui Unde et uisus sum morda
cior in extrema epistolae scribere
quam promiseram quamquam post priorem
poenitentiam quam te nunc egisse deprecatur
est iterum commisisse unde agas poeni
tentiam stolidissimum sit et alia manu
tribuat uel christus ut audias et taceas
ut intellegas et sic loquaris. Expl.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0233